

**XV.**  
**CODICES MEDICI.**

**DCX.**

B. S. Ms. 223. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus rubris, scriptura in duas columnas divisa, foll. 74., quorum 1. 66—70 a. et 74 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—7 a. *Introductiones et experimenta magistri Bartholomaei in practicam Hippocratis et Galeni.* Germanice.

Incip. *Alles das in deseme buche stet, daz ist alzu male versuchet und ist war. In dem ersten schall wir wissen daz ain iclich mensche von vir dingen gemacht ist etc.*  
Explic. *Et recedet veraciter. Explicit Bartholomei introductiones.*

b. fol. 7 a. col. 2—19 a. *Virtutes herbarum.* German.

Incip. *Sancte Ieronimus der vil heilige man etc.* Explic. *Et cohercet et sic est finis. Explicit virtutes herbarum.*

c. fol. 19 b—24 b. *Thesaurus pauperum et flos florum.*

Incip. *Is das dir dy har uss vallen so mache eyne louge von aschen etc.* Explic. *Et pone super combustionem.*

d. fol. 24b—31b. col. 1. *Varia ejusdem generis e. g. de morsu canis rabidi, de sanguine, de unguentis etc.* Germ.

e. fol. 31b. col. 2—44a. *Eadem, quae sub lit. a. hujus codicis recensita sunt.*

f. fol. 44b—47a. *Synonyma in apotheca „quibus nichil clarius est in medicina et in libris medicinalibus“.* Lat. et Germ.

g. fol. 47b—48. *Registrum in materias quae hoc codice sub lit. a—e continentur.*

h. fol. 49—65. *De arboribus ac vineis et tr. de laudibus quercus et fructibus ejus, auctore Arnoldi de Villa nova.* Germanice.

i. fol. 70b—74. *Excerpta, ut videtur, ex libro medicamentorum, saec. XVI. conscripta.*

### DCXI.

B. G. (3) 13 a fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, litteris initialibus rubris, crebris vocum compendiis, foll. 231., quorum 228—231 scriptura vacant. Continentur:

#### Guilielmi Placentini Saliceto Summa conservationis et curationis.

Inscriptio: *In nomine domini nostri Jesu christi et matris ejus Virginis Marie . . . Liber magni Guliermi placentini saliceto . . . incipit qui summa conservationis et curationis appellatur.* Incip. *Horum autem que sunt et possunt fieri etc.* Explic. *Confortatur ejus solucio. Subsc. Explic. liber iste totus Guilelmi placentini de saleceto ad laudem sumi et eterni dei papie Anno 1464 die 24 M. Novembris.* — Folio 1a. in margine inferiori haec leguntur: *E bibliotheca Joannis Joachimi Schlanhovii Medici Kormatiensis Ordinarii. 1654.*

### DCXII.

B. G. (3) 42. fol.

Codex chartaceus a. 1765 et 1766. scriptus, foll. 81., quorum 26. 45. 51. 52a et 54 vacua sunt. Titulus:

#### Acta Collegii Medicorum Gissensium. Fasc. I—III.

Incip. *Actum d. 28 Dec. 1765 praesent. D. D. Baumer etc.* Explic. *Binnen einigen Wochen geholfen.*

### DCXIII.

B. S. Ms. 177. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 106., cum duobus vacuis ab initio et in fine. Continentur:

*Collectanea Gissensia*, ut videtur, Heylandi de vulneribus lethalibus et non lethalibus.

Ita titulus a Senkenbergio scriptus. Incip. *Unsern freundlichen Gruss zuvor, . . . Als Ihr uns eine Frage, beneben einer Beilage, worinnen die Beschaffenheit einer Wunden aufgesetzt etc.* Explic. *Schrift und Unterschrift bekennen. Giss. d. 10 Juny. 1693. M. H. D.* — Cf. F. W. Strieder Gr. z. e. Hess. Gel. u. Schr. Gesch. V. 371.

### DCXIV.

B. S. Ms. 245 a. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. vergentis, foll. 115., quorum 106b. 107 et 115 scriptura vacant. Continentur:

**Arzneibüchlein.** — Ita titulus a recentiore manu scriptus.

Incip. *Essentia carminativa. nim 1 Handvoll Wermuth etc.* Explic. *Gelindert im Leib und ergibt sich.*

**DCXV.**

B. G. (3) 120 a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 581. Inscriptio haec est:

**Receptir-buch.**

Incip. *Cephalalgia. Hauptschmerzen. Rec. Mil etc.* Explic. *Cinam ʒj. pro potu.*  
Tum sequitur index illorum, quae hoc codice continentur.

**DCXVI.**

B. G. (3) 119 a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 212., quorum plura scriptura vacant. Insunt:  
a. fol. 4—153. *Collegium formulare.*

Incip. *De formulis praescribendis in genere. Die praesc. form. ist ein pars medicinae etc.* Explic. *Zuweilen frisch aufzulegen.*

b. fol. 154—209. *Definitiones omnium praeparatorum in regno minerali contin. 1773.*  
Ita inscriptio. Incip. *De olibus in genere etc.* Explic. *Bis alles kalt ist.*

---